

ÁSLACES ATHLETA.



A Slaces magnæ fortitudinis athleta apud Danos anno 1140 in magno pretio fuit, atque regis iussum maris imperium obtinuit. Hic cum Dani & Noruegij nauali pugna decertarent, non contentus clarissimam pugnam intra proprium nauigium ædidiisse, uerum omnibus corporis sui monumentis præter scutum abiectis, cōfertiissimam hostium ratem insiluit. Ibi ingenti hasta obuium quenq; prostrauit, ac magna uerberum strage stupentes præariantium animos à proprijs periculis ad suę uirtutis spectaculum deflexit. Cum hoc modo nauis remiges partim iictibus partim fluctib. obruisset compluribus sed leuibus plagis perstrictus ex tot hostibus admirabilem solus uictoriam retulit. Itaq; postea Abaddon Danorum Archiepiscopus prudentissimus huius fortissimi uiri facinus multoties repetiit, ac strenuæ iuuentuti inculcauit. Sax. Gram. lib. ii.